~~141~~ 551

Sub Actu præsenti pro ... 1654

Malinowo Exemptio.

Coram officio et Actis præsentibus Castren Capitan Branscen ... comparentes Nobiles Martianus et Andreas filij olim Joannis Malinowski nomine suo et Nobilis Gregorij Malinowski fratris sui germani a quo de rato et grato cavent sani mente et corpore existentes palam ac libere recognovit. Quia sibi et eidem fratri suo Nobilis Paulus olim Stanij Malinowski ex obligatione bonorum in hæreditate Malinowo ... sitis parenti suo per ipsum conscripta pro suo interesse Tres Sexagenas Polon persolvit ideo ipsos quietat et de bonis pro suo interesse ex campo ad ipsum iure condescendit.

Gasowska Grochowska Reformatio

Coram officio et Actis præsentibus Castren Capitan Branscen personaliter comparens Nobilis Martinus olim Petri Grochowski de Grochy heres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Helizabeth filiæ Nobilis Adami olim ... Gasowski conthorali suæ ... ratione veræ dotis post eam acceptæ et in bona sua importatæ in Omnibus et singulis bonis suis Mobilibus et immobilibus in hæreditate Grochy et alibi ubivis consistentibus hæreditarijs obligatorijs et alijs quovis modo et iuris titulo concernentibus habitis et in post habendis ac acquirendis Summam Ducentorum florenorum Polon monetæ certi veri ac liquidi debiti ad primam eius requisitionem suis ipsis successoribus solvendam inscribit et assecurat Sub vadio simili alio-rum Ducentorum floren Polon in defectu solutionis ad solvendum succumbendo Et Coram officio præsenti in primo Castrensi Termino peremptoria responsione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis se ipsum successores ... abrenuncians.

Grochy Exemptio.

Coram officio et Actis præsentibus Castren Capitan Branscen personaliter comparentes Nobilis Albertus olim Petri Grochowski ab una et Nobilis Martinus olim eiusdem Petri Grochowski partibus ex alia sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt. Quia ipsi sese mutuo et invicem ex obligationibus bonorum immobilium in hæreditate Grochy consistentibus per se apud quasvis personas exemptis suis per se sibi obligatis seu sibi demissis ob initam mutuam concordiam et commutationem Summarum quietant emittunt et liberos faciunt ac inscriptiones obligatorias cassant Bona Omnia per medium tenere Albertus penes metam Successorum olim Laurentij Grochowski et Martinus penes metam Gierlowska tenere debent ac se inscribunt perpetuis temporibus.

Grochy Cessio.

Coram officio et Actis præsentibus Castren Capitan Branscen personaliter comparens Nobilis Albertus olim Stanij Grochowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilibus Alberto et Martino filijs olim Petri Grochowski et eorum successoribus de Omni ... sua sese inscriptione certa sibi recognoscenti per Nobilem ... super certas partes bonorum in hæreditate ... authenticis facta et recognita Cum Omni ...

55108

Juris ac parata intromissione possessione tuitione evictione et ligamentis in Originali inscriptione contentis cedit et condescendit Omnes et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eorum et successorum eorum plenarie transfert et transfundit. Intromissionem illis ex nunc cum possessione pacifica per Ministerialem et Nobiles duos officio acceptandam admittendo.

Grochy Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Branscen. personaliter comparens Nobilis Albertus olim Petri Grochowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Alberto olim Stanislai Grochowski et eius successoribus bonorum in hereditate Grochy sitorum in primo loco na Moczydly podluczrem et nadole duobus in locis sortes suas se concernen. Item in alio campo in sureis in uno loco sortem suam se concernen. cum agris pratis silvis rubetis et omnibus ac singulis utilitatibus fructibus proventibus attinen. et pertinen. nullis exceptis in Quindecem floren. Polon. ad exemptionem obligavit et inscripsit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Ministerialem Regni Generalem et Nobiles duos officio acceptandam dat et admittit. Pacemque tuitionem et evictionem omnimodam occurrere praedictae missionem ab omni impedimento undique quarumvis personarum praecique earum et servatarum per totum tempus tenutae eiusmodi cavet sub vadio simili aliorum Quindecem floren. Polon. et Coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptoria responsione omnibus in universum iuribus remediis et defensis se et suos successores ubi abscribendo et abrenunciando.

Kamienski Kiwino Demissio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Branscen. personaliter comparens Nobilis Matheus olim Sebastiani Kiwinski in Kiwino Leszne sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Mathaeo olim Lucae Kamienski et eius successoribus Obligationes terrae immobilis in bonis Kiwino Leszne sitas sibi recognoscentes per Nobilem Mathaeum Zucraj et Agnetem Kiwinska conthoralem eius ac Gregorium filium eorum diversis inscriptionibus in summa Viginti Novem floren. Polon. inscriptas cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionum suarum ac paratis intromissionibus possessionibus tuitionibus evictionibus et ligamentis in Originalibus inscriptionibus contentis demittit. Intromissionem illi ex nunc cum pacifica possessione per Ministerialem et Nobiles duos officio acceptandam admittendo.

Proszenski Demissio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Branscen. personaliter comparens Nobilis Laurentius olim Christophori Brzozowski de Brzozowo antiqua hered. Nobilis Mariannae conthoralis suae et Nobilium Mariannae Dorotheae filiarum olim Nicolai Proszenski virginum innuptarum a quibus de rato et grato in forma iuris plenissima cavet sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Mathaeo olim Valentini Proszenski de [illegible] Obligationum omnium duas partes bonorum immobilium in bonis [illegible] post olim parentem eorum diversis personis in summa [illegible] inscriptas et per olim Nobilem Nicolaum Pro[szenski] [illegible] ntire patrem conthoralis suae et praefatarum filiarum

eli[illegible]